

NOTÆ.

Urbanus. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & in c. nullus, fol. 25. q. 1. Urbanus II. antea Otho Castilionensis dicitur, electus fuit in summam Ecclesie Praesulem die 12. Martii anno 1088. & decessit die 8. Julii anno 1099. varias epistolas scripsit, ut referunt Baronius tom. 11. & alique reperitur tom. 7. Concilior. Bnii; aliaque opera scripsit, quorum indicem refert Ludovicus a Sancto Carolo in Bibl. Pontif. lit. V. verb. Urbanus II. ex quibus deductus est praesens textus.

b. Jurare compellat. Imo obedientiam, ac reverentiam Episcopis propriis clericis tempore suae ordinationis promittere debent, e. quoniam, 23. dist. & non solum presbyteros, verum & quolibet clericos Episcopis propriis obedientiam promittere debere, constat ex c. cum clericis 19. de p. s. ubi refertur, solitos fuisse clericos Placentinae Ecclesiae juramentum sub hac verborum forma Episcopo praestare: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinae Ecclesiae, & Domino meo Episcopo Placentino. Et consultus Innoc. III. an hac jurandi formula etiam Capitulo juratum videatur? Respondit, Episcopo tanquam capiti juratum videri; non tamen improbat hujusmodi usum exigendi simile juramentum. Facit etiam ritus in conferendo Presbyteratus gradu usitatus, quem & Pontificale Romanum p. 1. tit. de ordin. presby. praescribit, & Ecclesia recipit, nempe ut ordinandus presbyter, si quidem ab ordinario suo Antistite Presbyteratus honorem receperit, interrogante his verbis Episcopo: Promittis mihi, & successoribus meis reverentiam, & obedientiam? Statim ipse respondeat: Promitto. Et si ab alio Episcopo ordinatur, Episcopi proprii nomine ordinator juramentum exigat. Ergo non recte in praesenti Urbanus inhibet hujusmodi juramentum a clericis praestari. Pro hujus difficultatis solutione

dicendum est, clericos quoscumque beneficia curam animarum habentia possidentes ac roborandam juramento obedientiae suae suspensionem teneri, ut probatur in d. c. quoniam 6. 23. dist. unde Guallio Cardinalis in Synodo apud Hochellium tenet. Eccles. Gallic. c. tit. 3. c. 9. sanctionem edidit, quae juramenti obedientiae Episcopo ad Ecclesiarum Rectores exhibendi necessitatem eo tempore agnoscit ostendit: Monemus, inquit, primo, secundum, & tertio, una monitione prohibita pro omnibus, omnibus, & singulis Abbates, & Ecclesiarum Rectores, & alias personas Ecclesiasticas nostram civitatem, & diocesis, qui nobis, seu praedecessoribus nostris fecerint, & facere tenentur juramentum fidelitatis, & obedientiae, & aliud ab Abbatibus, & Rectoribus, & aliis personis Ecclesiasticis nostris, seu praedecessoribus nostris praestari, seu fieri consuetum, quod illud nobis faciant, & praestent infra mensem ab hoc die computandum, alioquin dicto mense elapso illos, qui hujusmodi juramentum omiserint nobis facere, vel praestare hujusmodi monitione praemissa, excommunicationis sententiam decernimus incurrisse. Etiam alii clerici obedientiam juramento promittunt: si suspecti sint de inobedientia, e. cum in Ecclesia, de majori, & obed. vel si consuetudodasit, ut omnes clerici cum juramento promittant, e. illud, de excess. Praelat. quibus casibus exaudiendi sunt textus supra expressi. Ceterum in aliis clericis beneficia curata non habentibus non adest obligatio firmandi juramento promissionem obedientiae, sed sufficit simpliciter in manibus Episcopi eam facere, e. legatur 3. de majori, & obed. Unde talis obedientia manalis appellatur in c. his 11. de majori, & obed. c. olim 12. de p. s. fol. 101. quia nullo instrumento, aut juramento indiget: latius profertur Hallier. de sac. elect. fol. 6. §. 11. Uran. Balboa, & Cajac. in praesenti; & nos in c. 4. de elect.

C A P U T VI.

Alex. III. a Vigilien. Episcopo.

Debitores autem ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debeant, nisi eas juramento solvere teneantur. Si vero de ipsarum solutione juramentum fecerint, cogendi sunt Domino reddere juramentum, ut creditoribus solvantur, & cum usurae solutae fuerint, creditores ad eas restituendas cogendi sunt Ecclesiastica, si necesse fuerit, auctoritate.

NOTÆ.

Vigilien. Ita etiam legitur in 1. collectione, sub hoc tit. c. 2. & post Concilium Later. p. 16. c. 4. Vigilienis urbs, vulgo Biseglia, est Episcopalis in Italia, in Provincia Apuliz, ut refert Carolus a Sancto Paulo in geograph. sacra 1. 1. fol. 79. notavi in c. 8. de arce, & qualis.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens deducitur assertio: "Promittens usufructuarius, eas solvere non obligatur, juramento tamen accedente cogitur eas praestare, sed postea repetere valet." Quod assertio probari potest quoad primam partem, ut c. 1. de ad nossum 20. hinc etiam, c. significatione 7. de pignori, & quoad secundam partem, ubi docetur ultimum promissionem non valere, probant textus in c. Episc. c. quoniam 2. c. omnes 3. c. de p. 4. c. si quis 5. 47. dist. c. si tenentarius 1. c. parat 2. c. perque 3. c. usura 4. 14. quib. 3. c. clericus 1. c. ministrus 2. c. canonum 3. cum seq. 14. qui 4. c. 1. c. quoniam 2. & tunc per legem, de usura 1. illustrant ultra conceptos in praesenti a Barboza, Balboa, & Garraza, Fornerius l. 3. fol. 1. c. 30. Mancinus genit. c. 211. Cajacius, & Uranius in praesenti, Abbas Panormi. quib. 2. Merenda l. 1. controu. capit. 11. numer. 6. Caltopalao de juram. dist. 7. numer. 8.

Sed haec assertio difficilis redditur ex sequenti consideratione; nam inter juramentum, & simplicem promissionem Deus nullam agnoscit differentiam, e. juramenti 22. q. 4. c. querelam, ne Praelati vices suas: sed ex parte promissionem ultraria nulla nascitur obligatio, ut in priori parte hujus textus docetur. Igitur nec ex promissione juramento firmata, praecipue cum juramentum sequatur naturam actus, cui adheret, l. fin. Cod. de non n. p. an. leg. si quis pro ar 57. ff. de fideiuss. leg. si quis iniquissimus 112. §. ut si delegat. 1. Augustinus haec difficultas eo, nam debitor utram promittens, non leve committit peccatum, cum creditori mutuantem peccandi occasionem praebet, e. fin. de injuriis, c. de celato 11. de significatione: ergo praestans juramentum de usuris solvendis, non tenetur illud adimplere, praecipue cum juramentum contra bonos mores praestatum nullum sit, e. non est, c. in reali, de R. 7. in 6. c. si diligenti 12. c. significatione 18. cum sequent. 22. quib. 2. Igitur juramentum in praesenti specie praestatum nullum fuit, & per consequens debitor non tenebatur illud adimplere.

Qua difficultate ita soluta non obstante, vera est praesens decisio, cujus vera ratio, praemisissis quae pro ejus expositione adduximus in c. 1. hoc titulo, provenit ex prohibitione usurarum, quam a jure naturali, divino, & Ecclesiastico provenire probabimus in c. 1. de usuris. Cum ergo ex utrarum promissione nulla acquiratur creditori actio, propter actus turpitudinem, ut probant Div. Thomas 2. 2. q. 78. art. 4. Covar. in c. quomodo pactum, l. 1. §. 9. ideo Alexander in priorum parte hujus textus docet, debitores ad solvendas usuras sim-

pliciter promissis cogi non posse in secunda vero parte statuit, quod si debitor praedictam promissionem juramento firmavit, debet eam adimplere, nam cum omne juramentum, quod non vergit in dependendum salutis aeternae, vel in alterius praedictum, adimpleri debeat, e. quoniam, c. cum contingat, 28. hoc tit. & juramentum quod praestatur de solvendis usuris, non vergit in detrimentum animae, nec in praedictum proximi, quia nulla turpitudine veratur ex parte promittentis, ideo adimplendum est, ut docuerunt Fortun. Garcia de us. sine, ill. 22. princip. n. 465. Covar. in c. quomodo, 2. p. §. 3. n. 2. v. Primum ex hoc intellectus, Suarez l. 2. de jur. c. 27. in fine, Lessius de justitia l. 2. c. 27. dist. 6. n. 51. Inde etiam docet Alexander, debitorem post ultimum solutionem posse illas repetere. Ratio est, quia cum ex tali juramento tantum Deo quaesita sit obligatio, non vero creditori, ob ejus turpitudinem; & quocumque veratur turpitudine ex parte creditoris, non tamen ex parte debitoris, repetitioni locus fit, l. §. 1. l. ut puta, §. 1. ff. de condit. ob. imp. ideo post solutas usuras debitor eas repetere valet a creditore, ex cuius parte turpido dabatur.

Nec obstat dubitandi ratio deducta ex dicit. c. juramenti: cui respondendum est concedendo inter juramentum, & simplicem promissionem Deum non constituit differentiam quoad servandam fidem, quia ut in juramento, ita & in simplici loquela fides servari debet: & quemadmodum a juramento abesse debet perjurium, ita a promissione debet abesse perfidia. At vero quoad effectum obligationis, & rationem obligantem magnum datur discrimen inter juramentum, & simplicem promissionem; nam ut efficacit sit promissio, tam ex parte creditoris, quam debitoris, turpitudine debet abesse: in juramento tamen ut ejus obligatio sit efficacit, sufficit ex parte debitoris licetam esse promissionem, licet ex parte creditoris illicita sit: cum juramentum, quod non vergit in dependendum salutis aeternae, adimpleri debeat. Docuerunt Covar. in dicit. c. quomodo, 1. part. §. 2. n. 1. Canisius in c. 1. de pactis, & Grocius l. 2. de jure belli, c. 13. Non itaque satis miram videri cuiquam potest, si juramentum valet de solvendis usuris, cum tamen usurarum promissio non valet; nam suam a seipso obligationem juramentum habet, & is, qui promissit usuras se soluturum, simul assensit verum esse, quod promissit: quocirca verum cum facere oportet, quod sacramento firmavit: docuit Mancinus cent. 3. genit. c. 211. Nec obstat quod dicebamus, videlicet juramentum sequi naturam actus, cui adheret; nam hoc quatenus procedat, dicemus infra in c. cum contingat. Nec adversatur argumentum difficultatis; nam respondetur negando debitorem proximam causam peccandi usurarum praestare illi promittentem usuras. Eam vero juramentum de solvendis usuris praestari, & servari potest sine peccato; unde datur necessitas adimplendi, cum abique peccato accipiendi possit, ut tenet Mancinus ubi supra. Nec hoc juramentum est contra bonos mores, cum ex parte promittentis usuras nulla detur turpitudine, licet ad sit exigente eas, propter quam ante solutionem cogitur relaxare juramentum, & post solutionem competit repetitio.

C A

C A P U T VII.

Idem a Rothomagen. Archiepiscopo, & ejus suffraganeis.

Ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod cum Petrus de Neafdem tempore guerra, quae fuit inter Charissimum filium b. nostrum H. illustrem Regem Anglorum, & filios ejus, a quibusdam hominibus pro tuitione Regni Francorum certam summam pecuniae mutuasset, ab eis quasdam possessiones, & redditus cepit in e. pignus: ipsos etiam sub juramento religionis sibi adstrinxit, quod ei super possessionibus, & redditibus illis, donec solverent sibi pecuniam mutuatam, nullam molestiam, vel gravamen inferrent. Licet autem de possessionibus illis, & redditibus praesatis nondum plene forem suam, sicut asserit, deductis expensis receperit; quia tamen tu, frater Archiepiscopo, eum propter hoc vinculo excommunicationis adstrinxisti, exinde vobis litteras cogimur nostras destinare, praesertim cum ipse, sicut asserit, forte velit esse contentus. Inde est, quod f. v. per A. f. p. m. quat. recepta a praefato P. sufficienti cautione, quod exinde vestro mandato debeat parere, ipsum contradidit, & ap. cels. a sententia, qua tenetur, auctoritate nostra penitus absolvatis: & deinde debitores ejus, qui sibi praedictas possessiones, & redditus contra juramentum suum subtraxisse dicuntur, si ita est, ecclesiastica censura cogatis, ut possessiones ipsas, & redditus eidem P. dilatione, & ap. cels. restituant, nec sibi de cetero contra juramentum suum molestias inferant, donec ei d. pecunia solvatur; quia non est tutum culibet, sed periculosum potius, religionem infringere juramenti. Cum autem praedicto P. pecuniam suam, sicut juraverunt, persolverint, vos ipsum ad restitutionem quicquid vobis cum deductis & expensis ultra forem receperit confiteri, studiose monere, & diligenter inducere studeatis: & si commotionis id non fecerit, ipsum rem. ap. ob. in eadem excommunicationis sententiam reducat. Quia fuit periculosum est debitoribus suum juramentum infringere: ita non minus periculosum est creditoribus detinere quod pro usuris receperint, cum sit usurarum crimen detestabile, & horrendum plurimum, & usqueque Testamenti pagina condemnatum.

NOTÆ.

Rothomag. Ita etiam habetur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. post Concilium autem Lateran. p. 16. c. 9. legitur Cantuariensis Archiepiscopo: qualibet lectio retineri potest, cum casus in praesenti relatus contigisset inter Anglos, & Gallos, unde Praelatis, Angliae, vel Galliae ejus cognitio, vel decisio committi poterat. Si de Archiepiscopo Rothomagensi, erat his temporibus Botradus, vir summae nobilitatis, auctoritatis, & virtutis, quem mire Petrus Blefensis praedicit epist. 533. & aliqua de eo conscripti Chenu in serie Praesulum Rothomagensium. Si Cantuariensem retimeas, florebat hoc saeculo Richardus, de quo plura adduxit Smithes in catal. Praesul. Cant.

Nostrium H.) Henricus II. videlicet. Ulscit enim Domino nostro inquit necem S. Thomae Cantuar. accidit inter Reges Angliae patrem & filium implacabilis dissensio oritur, quod quod petenti dari sibi civitatem aliquam, si ve in Anglia, si ve in Northmannia ad habitandum cum conjugio filia Regis Francorum, pater negaverit omnino. Ex quo factum est, ut deficiens a patre filius adversus eum bellum constitit una cum fratribus suis, & Foederatis Principibus, ipso Rege Francorum, necnon Rege Scotiae, Comitibus Picardiae, & Flandrensium, alique opem, & favorem praestantibus. Ita permittente Deo, ut Rex senior, qui patrem suum Thomae indefesso studio fuerat persecutus, persecutorum ipse patretur filium suum, quosque tantum a se admittimus penitus expiare debuit. Qui & in firmum discrimen adductus, non aliam habuit, ad quem confugeret, quam illum ipsum, cuius tam saepe mandata elegerat, Alexandrum Romanum Pontificem: & ab eo auxilium per litteras implorans, tam in primis rationem adduxit, quod (ut ait) Regnum Angliae esset jurisdictio Ecclesiae Romanae, & juris feudatarii obligatione teneretur eidem obnoxium, & adstricium. Ideoque rogavit, ut expiraret Anglia, quod postquam Romanus Pontifex: & quia materialibus armis non uteretur, patrimonium Beati Petri spirituali gladio mureret. Refert Baronius an. 1173.

c. in pignori.) Aliqui differentiam assignant inter pignus, & hypothecam in eo, quod pignori tradantur res mobiles, hypotheca vero subsistantur res immobiles. Sed perperam, ut ex hoc textu constat, ubi possessiones pignori datae fuerint, ex l. creditor 3. de pignori, ubi: Praedia obligata ex causa pignori, & l. ei qui 16. ff. de servit. leg. 2. §. fin. ff. de relig. & sumpt. Unde verius est, utrumque verbum aequale generale esse, significare rem pro securitate debiti obligatam, §. item 7. Inst. de n. s. & inter pignus, & hypothecam tantum nominis sonus interest, l. rei 5. §. 1. ff. de pignori, & si aliqua differentia datur, maxime ea, quia pignus accipitur pro re mobili, vel immobili, cujus possessio translata est in creditorem: hypotheca vero, cum possessio rei apud debitorem manet, l. ff. rem, leg. eam & fortis, §. 1. ff. de pignori, ad. notatur Alciatus, Fornerius, & Gentilis in leg. plebi 238. ff. de V. S. Donellus de pign. c. 2. Bache-

vius eod. tr. 1. c. 1. Connanus l. 4. comm. c. 13. §. 14. dicemus in c. 1. de pignori. Unde cum in praesenti specie possessiones rerum etiam mobilium translatae essent in creditorem, ideo possessiones pignori traditas fuisse dicitur.

d. Pecunia solvatur.) Ex his verbis communiter docent repetentes in praesenti, quod quando debitor juravit non molestare creditorem super rebus pignori datis, donec pecunia solveretur, non posse eam, compensatione fructuum facta, pignus repetere, sed necessarium esse veram, realeque solutio-nem: quod difficile valde est; nam certo constat ex hoc textu, & latius probabimus in c. cum contra, de pignori, teneri creditorem imputare in fortem principalem fructus rei pignorate, deductis expensis, & compensatione facta debere restituere pignus: igitur in praesenti specie necessaria non erat realis solutio, sed sufficiebat compensatio. Cardinalis Panorm. Alex. Joann. Andreas, quos sequuntur Gutierrez de jur. 3. p. c. 64. num. 3. Castillo l. 3. controu. c. 23. n. 78. affirmant hoc procedere, quia juramentum debet impleri in specifica forma; unde cum juramento promissit debitor, se non inquietaturum creditorem, donec pecunia solveretur, non posse cum compensatione fructuum facta pignus repetere. Sed haec communis interpretatio convincitur ex eo, nam juramentum verificatur, & impletur etiam per actum factum, e. ex p. v. de elec. non resid. ubi qui juravit in Ecclesia residere, & postea causa negotiorum propria Ecclesiae abest, non ideo venit contra juramentum. Deinde quia licet conditio adimpleri non debeat in specifica forma, leg. qui heredit. in primo, l. Marcus, ff. de condit. & demostri. certum tamen est, jussum dare, vel solvere, impleto conditio-nem compensandam, l. si pecuniam, §. 1. de statu lib. Accedit, nam nihil interest, quod specificum quid, aut aequivalentibus fiat, leg. 3. & ibi Glossa, Cod. de insti. & substi. c. licet ex quodam, de substi. c. non nos, de consang. & affi. Sed compensatio, & solutio sunt aequivalentia, & habent eandem utilitatem, l. si debitor, ff. qui portiones, l. vel permittat, ff. de liber. causa. Igitur in praesenti specie iuris juramentum a simplexiter solvendo, vel compensando pecuniam mutuatam. Hac ergo solutione omnia verius dicendum est, in praesenti specie non esse locum compensationis fructuum, non quia creditor solvatur, sed quia tempore, quo debitor repetebat possessiones pignori datas, non erat liquida fructuum quantitas. Unde compensatio dari non poterat, juxta adducta per Covar. in c. quomodo, 1. part. §. 4. n. 9. de pactis in 6. Fachin. l. 1. contr. c. 8. Barboza in l. 13. §. elegantius, ff. solut. matrim. vel quia juramentum in hac specie praestatum fuit, ne creditor molestaretur super pignore, & ejus fructibus, donec pecunia mutua accepta solveretur; quod casu renunciatum videtur compensationi, ut docent Innocentius, Imola, & Felinus hic, quos sequuntur Thom. Sanchez l. 3. summa, c. 17. n. 15. Arias de Mela l. 3. variat. c. 41. n. 40. e. Deductis expensis.) Cap. cum contra, de pignori, ubi commentarium hujus textus dabimus.

C A P U T VIII.

Idem a Senon. Archiepiscopo.

Si vero aliquis quemquam gravissimo metu sub religione juramenti jus suum restituere coegerit, ipsum quoque sibi retinuerit: quia non consulere voluit, alter, an neuter id habere debeat: hoc tibi duximus respondendum, quod non est tutum, quemlibet contra juramentum suum venire, nisi tale fuerit juramentum, quod servatum vergat in interitum salutaris aeternae: nec nos culibet ex responsione nostra volumus dare materiam contra juramentum suum venire, ne auctores perpetui esse b. videamur. Unde aliquando in Romana Ecclesia a pluribus, & a c. praedecessorum nostris factum esse recollitur, quod clerici, qui coacti Ecclesiam ministerium abjuraverunt, de juramento absolutionis beneficium meruerunt: & ad coerendum improbitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad praestandum illud juramentum impulerant, permitti sunt in eadem Ecclesia ministrare.

NOTÆ.



NOTE.

Senonensis. Ita etiam habetur post Concilium Lateran. p. 10. c. 11. & p. 17. c. 1. ex quo litterarum textus transcribitur: & in prima collectione, sub hoc tit. c. 4. ubi adicitur, pari capitulo Sicut Romana: & recte, nam textus hic spectat ad epistolam Alexand. III. relatum in c. 1. de rescriptis, ubi nonnulla adduxi de Senonensi Ecclesia, & in c. 6. de consil.

COMMENTARIUM

EX presenti textu talis deducitur assertio: Juramentum metu extortum servandum est, donec ab Ecclesia relaxetur. Probat hanc conclusionem textus in c. 1. de iuramentis 15. q. 6. c. verum, c. petio 31. hoc tit. c. requisivit 17. de spons. c. 2. c. ad aures, de his que vi, authent. sacramenta, Cod. si adversus vendit. c. si aliquid 22. q. 4. lege ult. tit. 11. parti. 3. D. August. epist. 224. c. 225. ubi allato nobili apud Romanos exemplo Attilii Reguli jurare coacti, sic quasi majori ab Ethnicis ad Christianos arguuntur. At per hoc vel mortis, vel carceris metu extortum juramentum non tenetur, nisi fides, quae ibi data est, custodiatur, sacrilegii, & perjurii crimine detinentur etiam tales homines, quia magis metuunt peccare, quam hominem occidere: & nos utrum impleta sit extorta juratio servorum Dei, quasi disceptantur ponimus quaestiones. Consentit D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. & q. 98. art. 3. ad 1. Facit Cicero l. 3. de officiis. Illustrant ultra congeles Barboza, Balboa, & Bajo-Arroyo in presenti, Cujacius, & Uranus ad hunc textum, Suarez de rebus, l. 2. l. 2. c. 10. n. 4. Sanchez l. 3. summa, c. 11. ex n. 2. Fachinus l. 7. contro. c. 102. Bronchorst. miscel. cent. 1. assert. 59. Donel. l. 20. comm. c. 13. Oualdus l. 23. comm. Donel. c. 13. l. 2. Mogol. de metu c. 9. n. 9. Eymericus a Boshac in singulari quaestione de juramento metu extorto, Ansaldo de iurisd. p. 2. tit. 10. c. 5. Fortunius Garcia de ultimo fine, n. 459. Cabrereros de metu l. 2. c. 7. n. 42. Basilius de mar. l. 12. c. 8. §. ult. Castropalao l. 3. oper. mor. in 12. disp. 2. punto 4. Feloga in c. 1. de his que vi, n. 84. Hermosilla in l. 56. gloss. 1. n. 33. p. 5. Seneca de iud. l. 2. c. 2. n. 216. Arias de Mela l. 3. var. c. 36. n. 5. Ant. Matthaeus de crimin. tit. ult. de perjurio, fol. 275. Claudat agmen unus pro cunctis Praeceptor Illustr. D. Franc. Ramos in memor. pro Episc. Lusit. in prin. n. 137. Thom. Delbene de iuram. c. 2. dubit. 7. cum sequent.

Sed pro dubitanti ratione adversus presentem decisionem, omnia adducta a Bajo-Arroyo in presenti, ita insurgo. In utroque iure lege saepe acquarantur, vel ex quoque error: metus, & dolus, ut ab specie probatur in c. cum contingat 28. hoc tit. c. quomodo, de pactis in 6. c. licet, hoc tit. cod. l. sed juramentum ex errore, aut dolo praestitum non sistinetur, ut late probant Suarez l. 2. de relig. l. 2. c. 11. Basilius de mar. l. 4. c. 21. n. 18. pluribus relatis Cabrereros l. 2. de metu, c. 7. n. 41. Castropalao ubi supra, disp. 2. q. 5. Igitur & juramentum metu praestitum non valet. Auctur primo hac difficultas ex eo, quia vulgare iuris principium est, juramentum contra bonos mores praestitum nullum esse, c. in mali 12. q. 2. fusa probat Bajo-Arroyo in c. Quintavallii, hoc tit. at juramentum metu extortum bonos mores offendit, unde ejus observantiam peccatum gignere, saltem veniale, probant Angelus in summa verbo Juramentum, n. 9. & 10. Lessius de iust. c. 45. dub. 6. n. 30. vel lethale, si materia gravis sit, ut cum D. Thoma, Cajetano, & aliis docent Suarez l. 3. de iuram. c. 19. n. 18. Castropalao ubi supra, disp. 2. punto 4. n. 12. igitur juramentum metu extortum observari non debet. Falciat hanc dubitanti ratio ex c. cum contingat 28. hoc tit. c. licet hoc tit. in 6. c. quomodo, de pactis, eodem libro authent. sacramenta, Codic. si adversus vendit, ubi statuitur, ita demum contrarium juramento confirmari, si non metu, aut dolo praestitum sit. Igitur juramentum metu praestitum nullum est.

Hac dubitanti ratione ita falcita non obstante vera est praesens decisio, pro cuius expositione, omittis quae de metu divisione, & effectibus adduxi supra l. 1. in tit. de his que vi, sciendum est, juramentum metu praestitum validum esse, tam iure naturali, divino, civili, quam canonico. Naturali, quia cum metu non tollit voluntarium, licet illud imminuat, ut probavi in c. 1. de his que vi, per consequens cum juramentum metu extortum omnino involuntarium non sit, observandum est. Divino etiam iure id probatur, siquidem Deo obligatur qui Deum testem, atque vindicem invocat, nisi si quid turpe, aut contra bonos mores promiserit, quod observare debeat. Unde apud Ezechielem, c. 18. v. 18. Dominus minatur gravia, atque extrema Sedeciae Iudaorum Regi ob fidem Babylonis violatam, est iniuste extortum, ut post Grotium probant Ant. Matth. de crimin. ubi supra, tit. de perjurio, fol. 275. Etiam iure civili tam haberi juramentum metu extortum, constat ex eo, quia eo iure attento, omnia metu gesta valent, licet Pratoris edicto postea infirmetur, l. 1. §. de eo quod metus, late probat Hermosilla in l. 56. tit. 5. part. 7. gloss. 1. iure etiam nostro Pontificum simile juramentum defendi, donec ab Ecclesia relaxetur, constat ex hoc textu, & aliis supra pro illustratione conclusionis adductis, qui eam rationem habent; nam cum ex juramento duplex obligatio nascatur,

una ex promissione expressa, alia ex tacita erga Deum; iuxta D. Thomam transcriptum supra in c. 1. hoc tit. inde juramentum etiam metu gravi praestitum, observandum est, cum servari possit sine dispendio salutis aeternae. Prosequantur Balboa, & Bajo-Arroyo in presenti.

Nec obstat dubitanti ratio supra expensa; nam est acquiparatus error, dolus, & metus in praedictis, & alii iuris loquens, id procedit quatenus tollit firmitatem contractus, non vero obligationem. Sape enim dolus tollit consentum, & etiam error, videlicet cum dant causam contractui bonae fidei; & tunc contractus, & juramentum frustra sunt atque inutiliter, ut probant Donellus in l. si quis cum alter, de P. O. Gedeus de contrahend. stipul. c. 3. a. n. 11. Cujacius in l. si quis cum alter, Robertus l. 1. animato, c. 1. usque ad 3. at et si metus consentum diminuat, non tollit; unde tam contractus metu celebratus, quam juramentum illi adjectum, sustinetur; metus enim, ut probavi in c. 1. de his que vi, non tollit obiectum, & ideo non reddit actum omnino involuntarium; quo imo suadente utilitate vitandi malum quod imminet, obiectum amplectitur, qui autem dolo jurat, praesupponit vera esse, quae dolosus homo memoraverat, quique juramentum proferens non fuerit, nisi ab altero mendaciter circumventus esse. Igitur jurata videtur sub conditione, si ea, quae circumventor memoraverat, vera essent, quae deficiente, promissionis quoque efficacia deficit: docet Ant. Matthaeus de crimin. Mitti de perjurio, nu. 5. Nec obstat primum argumentum dubitanti rationis, quia est juramentum contra bonos mores, & ius observantia peccatum saltem veniale generat, non fit obligatorium; tamen passim dant potest juramentum metu extortum, quod non fit contra bonos mores, nec peccatum, saltem veniale, continent, ut in d. c. cum contingat, dicit. c. licet, dicit. c. quomodo. Unde cum in jurante etiam metu, & adimpleto juramentum non consideratur ullum peccatum, imo in ejus violatione peccatum veniale, vel mortale iuxta gravitatem negotii datur, ideo tenetur illud observare. Nec argumentum aliud deducitur ex dicit. c. cum contingat, d. A. authent. sacramenta, cum similibus, adversarij, quorum difficultate oppressi aliqui asseruerunt, juramentum metu extortum nullum esse: ita Scraphimus de prelat. in prin. privit. 110. n. 9. Mogol. de metu, c. 9. n. 9. Alii distinguunt inter casum, in quo juramentum accedit contractibus a jure approbatis; & inter eum, in quo adicitur in contractibus alias a jure improbitis. Primo casu affirmant juramentum valere; secundo vero vigibus desistunt. Rationem differentiae ex eo petunt, quia nobile lex civilis, vel Pontificia tantum juramento proestatem tribuere, ut per illud in iudicio actum purgantem defectum; & ne duo specialia circa eundem actum darentur, contra ea quae vulgo adducuntur ab Everardo in capiti legal. l. 98. ita docuerunt post Abbatem in d. c. cum contingat, n. 3. Felinus in c. 2. n. 2. hoc tit. Covarr. in epist. de spons. 2. p. §. 3. n. 2. in dicit. c. quomodo iudicium, 3. p. §. 4. n. 2. Fachinus l. 8. contro. c. 102. Sed haec, & alia doctae resellunt Basilius dicit. c. 8. §. ult. Avendanno de metu d. c. 7. a. n. 44. quare illis omittis verius dicendum est, praedicta jura duplici modo accipi posse. Primo quoad contractus firmitatem, non quoad juramenti obligationem. Secundo quoad juramenta praestita sine vi & dolo, quae omnino sunt servanda, nunquamque relaxanda. vi tamen, & dolo praestita esse custodienda, donec relaxentur. Igitur in praedictis jurbus solum statuitur, contractus minorum, vel alienationem fundi localis, aut pactum a iure celebratum non petendi alia bona praeter doctem, confirmari juramento. Unde exceptio illa, nisi in metu juramentum praestitum sit, tantum denotat, tale juramentum minime vim habere confirmandi contractum, reddeantque illud irrevocabile; siquidem revocari facile potest, petita videlicet relaxatione: unde iura illa minime probant, juramentum metu extortum, invalidum esse quoad obligationem, sed quoad effectum: ita docuerunt Sanchez l. 4. de marit. disp. 20. nu. 5. Suarez de iuram. l. 2. c. 1. n. 15. Castropalao ubi supra, punto 3.

Sed supra traditis obstat textus in c. ad audientiam 4. de his que vi, in illis verbis: Non observatur juramento. In quibus innuitur, juramentum metu extortum vires non habere; siquidem eo non obstante, qui per metum abjuravit beneficium, potest illud repetere. Pro cuius textus interpretatione, & conciliatione cum capite antecedenti, dicendum est, illa verba. Non observatur juramento, esse accipienda, scilicet eo iam relaxato, ita ut adhuc ante relaxationem abjuratio beneficii metu facta subsistat; petita autem relaxatione licet repetere beneficium.

Deinde obstat textus in capiti. 2. de eo qui iuravit in matrimonium, ubi dicitur, non solum matrimonium metu contractum non valere, verum nec juramentum vi extortum: quod de-laxit ex eo textu Medrano de consensu conub. c. 14. num. 2. Primo ex eo; quia in ea specie nulla praecessit relaxatio, vel absolutio fraudent fidem juramenti, quae injungenda erat, iuxta textum in c. verum, hoc tit. ut contingit in casu textum in c. sicut, de spons. Pro hujus textus interpretatione varia adducunt Sanchez de marit. l. 4. disp. 20. q. 3. Cabrereros de metu l. secundum, cap. 19. numer. 76. quibus omittis dicendum est cum Fortun. Garcia de ultimo fine, num. 415. qui ait in d. capiti. 2. non ex eo, quod contra fidem datam non petat relaxatione juramenti, maritus aliam duxit uxorem, sequi juramentum non valuit; siquidem non obstante juramento potuit maritus aliam ducere, etiam cum peccato veniali, vel mortali; sed quia in eo non agebatur de periculis iurii poena, sed de vinculo primi, aut secundi conjugii; ideo

ideo non refertur quatenus penitentia injungenda sit frangenti fidem promissam: quo modo etiam exponendus est textus in c. 1. de dispens. impub. Nec tunc obstat textus in c. inter cetera 22. q. 4. ubi D. August. docet, matrimonium metu contractum valere, si juramentum firmiter. Igitur in specie textus in dicit. c. 1. non poterat vi aliam ducere uxorem fide juramenti facta. Pro cuius difficultatis solutione plura congesti Barboza in eo textu; quibus omittis dicendum est, in illius specie nequaquam dubitari, an matrimonium metu contractum valeret, necne, nec rursus de juramenti vinculo ambigi, ut male nonnulli notarant, quos refert & resellit Covarr. in dicit. c. quomodo, 3. part. c. 3. §. 5. tantum enim quaerebat, an in eo casu juramenta essent licita, & per consequens observanda; an illicita, & non custodienda: & distinguit S. Doctor juramentum praestitum de ducenda concubina, a juramento praestito de non alendis matre & fratribus. Quoad primum docet, licet, & honestum esse, cum non fit peccatum eam in uxorem accipere, quae prius fuerat concubina. Secundo vero casu juramentum esse illicitum, & per conse-

quens non observandum, ut latius docuerunt prolixus textus interpretatione Covarr. & Sanchez l. 4. de matr. disp. 20. n. 13. Medrano de consensu conub. c. 14. num. 3. Cabrereros de metu, d. c. 19. n. 18. Supra traditis etiam obstat textus in c. verum 15. hoc tit. in illis verbis: Non ob hoc sunt tanquam pro mortali culpa puniendi. Ex quibus constat, violentum juramentum metu extortum, non puniri ut reum moralis culpe: igitur quia juramentum metu praestitum non valet, alias qui illud fregit, peccare lethaliter, & tanquam reus lethalis culpe puniretur, ut probant Covarr. Suarez, & Sanchez congesti a Barboza in dicit. c. verum. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, in extortum nequaquam doceri, peccatum etiam juramento metu praestito, non peccare lethaliter, sed tantum non esse illi penitentiam eam injungendam, quae imponeretur pro alia culpa mortali; siquidem non ita severus agendum est cum illo, qui per metum praestito juramento illud fregit, ac cum eo, qui voluntarium violavit juramentum, quia propter metum temperatur poena: latius docet Barboza in dicit. c. verum 18.

C A P U T I X.

Idem a Sardinensibus Episcopis.

EX rescripto quodam, quod nobis praesentatum est, manifeste nobis innouit, R. quondam Tremesen. Abbatem cum Vv. super summa vii millium solidorum taliter convenisse, &c. Et infra: Super hoc quod praedictus Abbas quondam ex monachis B. obfides dedit, qui de observanda conventionem juramentum praestiterunt, ut si ipsi e. decederent, alii monachi loco eorum in oblatio revertentur: insuper si dicti monachi fidem non servarent, Abbas dedit eidem Vv. & uxori eius fideiussorem, qui similiter d. praedictis dicuntur. Si ita est, tam Abbatem, & monachos, qui iuraverunt, quam Vv. & uxorem ipsius dolo monere cureris, ut si sicut iuraverunt, eandem conventionem faciant adimpleri. Si vero admonitionem vestram facere neglexerint, eidem Abbati, & monachis ingressum Ecclesiae interdicatis, & in terra praefati Vv. & uxoris ejus usque ad dignam satisfactionem inhibeatis f. divina officia celebrari.

NOTE.

Idem.) In 1. collectione, sub hoc tit. c. 6. legitur idem Sarcou. Episc. Sardin. post Concilium autem Lateran. p. 27. c. 3. legitur, idem Sardin. Episc. leg. legendum est Senonensi, & Cabillonensi Episcopis, ut jam notavit Cujacius in presenti; quae correctio facile suadet ex eo, quia hic agit de Abbatibus, & monachis monasterii Tremesensis, quod est Ordinis D. Benedicti in dioecesi Cabillon. Sardis vero est in Asia, de qua Strabo lib. 13. ait: "Sardis urbs est magna, & posterior, quidem urbibus Troianis, venusta tamen: arcus habet multos, & vicinas, sicutque olim Lydiorum Regia." De quo Aloix ad vitam S. Maltonis, l. 2. c. 1. Mihi igitur est praesens decisiouem Guillelmo Senonensi Episcopo, qui ab Alex. III. per universam Galliam Legatus missus fuit; & Egeberto Cabillonensi Episcopo. De Senonensi Ecclesia nonnulla notavi in cap. cum omnes 6. de consil. de Cabillon. in d. c. ex parte 13. eod. tit.

Obfides.) Sed in libero homine non pignus, nec possessio datur, l. inter 83. §. sacrum, lege liber homo, ff. de P. O. l. ult. ff. de iur. qui detentant, l. ex hac, ff. si quadrupes, l. cum heredes, §. ult. ff. de acquir. possess. l. qui filius, C. qui res pignori. Et licet se ipsum homo liber possit vendere, l. si servorum, l. homo liber, ff. de statu hominis, l. sed tunc, l. liber, l. cum patre, ff. de l. caus. l. non ideo, C. eod. auct. pignori seipsum dare, l. 3. §. si quis volentem, ff. de l. homine, l. si usufructum, ff. de liberat. causa, non tamen ab alio pignoris nexui subijci potest, leg. ult. §. ult. ff. de l. homine, leg. ult. §. qui res pignori, leg. ult. §. C. de O. & A. c. hoc 2. ubi dicitur, de pignori. Cicero pro Corneli Balb. "Hoc jus a majoribus prodium 31 est, ut nemo civis Romanus aut civitatem, aut libertatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit, &c." Igitur monachi in presenti specie non poterant pro debito civili aris alieni causa in oblatio esse. Quae difficultas ut Doctores satisfaciunt, & verum hujus textus interpretationem assignant, varia adducunt. Aliqui asserunt, quod licet homo liber non possit pro debito civili pignori dari, ita ut jus reale pignoris in eo consistat, potest tamen ut obfides retineri, quoque quod inter creditores placet, adimplerari, ita Glossa in 7. solutione, in presenti: cum obfides iure etiam inter privatos admittantur, ut docent plures congesti a Vela l. 2. differt. 31. n. 127. qui docet Monachos in presenti tantum detineri posse virtute pignoris, nec necessarium fuisse juramentum, & illud ad majorem tantum firmitatem adhibuit fuisse. Verum hac interpretatione facile convincitur ex eo, quod non solum nexui pignoris liberi homo subijci non valet, verum nec detineri potest, aut ergo certo loco commorari, l. Trese 70. ff. de condit. & demonst. l. 1. c. 2. ff. de libero homine. Nec contrarium protextus in l. 3. §. si quis volentem, ff. de libero homine, l. 1. §. 1. leg. Ex quibus verbis deducunt Gregorius Lopez ubi, Amecia de fess. in fessum, c. 14. n. 34. posse virtute pacti hominem liberum detineri. Nam respondetur, verba illa accipienda esse iuxta praecedentia, ibi: "Por reason de peze que firmaron algunos entresi, o por tregua." Ita ut securitas illa exaratur in causa publica utilitatis, non vero privati commodi. Cum enim adest ratio publice utilitatis, & vis pignoris ad-

mittitur, ut contingit in homine libero ab hostibus redempto, l. qui testamento 20. §. 1. ff. de testam. l. Senatus 43. §. fin. ff. de legat. l. 1. §. si quis 3. ff. de libero homine, l. si patre 12. l. si quis ingenuum 21. ff. de captivis, l. 2. l. si liberum 11. l. si qui 13. l. si liber 17. l. fin. C. de postlim. docent Baldinus de pignori. c. 12. Amecia d. l. 2. c. 14. Anguianus de legat. l. 3. contro. 25. n. 63. Faber in Jurisprud. tit. 3. princ. 4. illat. 3. Burgos ten. l. observ. 83. idem Faber tit. 11. princ. 3. illat. 11. Alii docent in presenti casu monachos teneri permanere in oblatio, & non virtute dedicationis Abbatis, sed ratione juramenti ob eius religionem oblatio defendi in hac specie. Ita docuerunt Innocentius in presenti, Hostiensis n. 5. Bohic. n. 17. Abbas n. 7. Imola n. 9. Gutier. de iuram. l. 2. var. c. 1. n. 1. Anguianus supra, n. 49. Gutier. de iuram. l. 2. p. c. 18. n. 5. Richardus in §. final. n. 2. In fine de action. Sed haec etiam communis sententia resellit ex eo, nam ut supra dixi, qualibet pactio de homine libero detinendo, iniquitatem continet, quia infringitur per eam libertas, & per consequens nec juramentum ea de re interpositum valet, l. iuris gentium 7. §. C. generaliter, ff. de pactis, leg. non dubium 5. C. de legibus, c. 1. 22. q. 4. c. si diligenti, de foro comper. c. sicur 27. cum aliis, hoc tit. Unde promissio operarum ab alio, quam libero facta, etiam juramento firmata, nulla est, l. si quis pro eo 56. de fideiuss. etiam si facta filio emancipationis gratia, l. 4. vers. Et ideo, ff. si quis a parente, l. penult. vers. Ne quisquam, ff. de obsequiis. notatur Corraffius in anal. ad l. admonendi, ff. de iurjur. n. 21. c. 22. Mendoza de pactis l. 1. c. 4. q. 1. n. 17. Donellus l. 2. comm. c. 18. Faber in Jurisprud. tit. 4. princ. 2. illat. 12. c. leg. Amaya in l. unie. c. Ne opera collat. l. 10. Sarment. l. 2. selet. c. 13. n. 11. Nec satisficit huic difficultati Abbas in presenti, quem sequitur P. Barboza in l. 25. §. elegantior, n. 45. ff. solut. matr. quia ipsum docte resellit Vela d. differt. 35. n. 135. Alii etiam docent, tantum factum Abbatis referri in presenti ab Alex. III. non autem probari: ita censuerunt Abbas hic, n. 7. Parisius in addit. ad Bart. in l. obfides, ff. qui testamento, Kinschot. resp. 102. n. 22. Sed haec interpretatio expresse ex ipsa littera textus convincitur, ubi Alexander decidit, obfides non posse ab oblatio resillire non soluta pecunia. Igitur quia valide, & licite monachi obfides assignati fuerunt. Tandem Eduard. Caldeira l. 3. de error. pragmat. c. 9. quem sequitur D. Joannes de Larrea de fess. 9. n. 52. docet in presenti non probari ab Alex. III. hajulmodi obfidum dedicationem, sed tantum monachis injungendi sub poena privationis ingressus Ecclesiae, ne ab oblatio infcedant, donec pecunia solvatur. Sed haec interpretatio eodem modo resellit ac antecedens: nam dum Alex. III. necessitatem imponit monachis non recedendi ab oblatio, supponit valide, & licite in obfides datos fuisse, alias non juberet promissionem adimplere sub gravi interdicti poena.

His ergo solutionibus omittis, pro vera hujus textus interpretatione, & plena obfidum cognitione dicendum est, obfides triplici modo dari posse: primo in causa belli iusti, & legitimi, quo casu solent pro pace, aut securitate treguae obfides dari ex una, vel utraque parte, ut fides hinc inde promissa servetur; de quibus l. 4. Regum, c. 14. Paralip. 2. c. 25. Matth. 1. v. 8. c. 9. c. in lege obfides 11. ff. de testam. l. 1. §. 1. leg. 4. circa finem, ff. ad leg. Jul. Majest. l. Divus 31. leg. Sed si accepto, ff. de iuro fess. c. ut videmus 17. c. suppliciter 18. 23. q. 8. dicunturque obfides, quasi ob fidem dari. Festus Pompejus lib. 16. ex eo, & aliis notavit D. Jan. de Larrea d. diff. 9. num. 8. quem

Conclusio traditur.

Traditur Meto dubitanti.

Juramentum metu praestitum omni iure valet.

Diffoiutione dubitanti rati.

Exponitur, etiam in c. ad audientiam de his que vi.

Exponitur, etiam in c. 2. de eo qui dicit.

Exponitur c. verum, hoc tit.







ante vestram presentiam convocetis, & super his rei veritatem curetis diligenter inquirere: & si vobis constiterit, memoratum Vv. contra juramentum suum non e necessitate, sed voluntate, ab eisdem pensionis solutione cessasse, ipsum a f. praedicta Ecclesia auctoritate nostra, contrad. ap. cess. removere curetis, & Ecclesiam praefato A. restitueri minime differat, ipsumque faciatis eam pacifice possidere.

NOTA.

1. (Unden.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 7. & post Concilium Lateran. p. 17. c. 3. de Londoniensi Ecclesia nonnulla notavimus in c. de consuet. De Vigorniensis in c. nassi 9. de elict. b. Cincio. ) De Ecclesia Lincolnensi nonnulla adduxi in c. ad aures, de rescriptis. c. Byzantios. ) Genus est monete receptum, & usitatum in Regno Anglie. d. Anuarum. ) Cam licentia Episcopi, quia pactio forsitan pro bono pacis facta fuerat, juxta ea, que adduxi in c. final. de pallis. e. Necessitate. ) Non enim dicitur perjurus, qui ex necessitate non adimplet juramentum contractum adjectum, ut probat Avendannus de exequand. mand. p. 2. c. 27. n. 10. leviter ta-

men plectendus est, juxta D. Basilium ad Amphiloeh. cap. 81. ubi: De his etiam, qui pejerant, si vi quidem & necessitate juramenti transgressi sunt, levioribus poenis subjiciuntur, ut post sex annos possint suscipi. Qui autem sine necessitate suam fidem prodiderunt, cum duobus annis de severant, & duobus annis audiverint, & in quinto in sub- stratione fuerint, & in duobus annis sine oblatione in orationis communionem susceperit extirperit, ita tandem, condigna scilicet poenitentia ostensa, in Corporis Christi communione recipiant. f. A. praedicta. ) Consonant textus in c. 8. hoc tit. in 1. col. sed. ) Si Stephanus contra compositionem fidei interpositione firmatam venisse constiterit, nisi manifestam causam poterit allegare, ipsam a praefata Ecclesia, & beneficiis ejus, ap. cess. non differat spoliaré, & eam Vv. cum intergritate resignet. )

CAPUT XI.

Lucius III. a Norwicensi, Episcopo.

Quia tua nos duxit fraternitas consulendos, cui standum sit juramento, cum clericos quosdam b. religiosi viri iurjurandi religione confringunt ad majorem solito pensionem solvendum, vel praestandum aliquid beneficii praeter solitam pensionem: cum autem instituntur ab e. Episcopis, jurant quod antiquam pensionem & solitam non augebunt. Tux igitur consultationi breviter respondemus, quod cum posterius juramentum ratione, & Lateran. d. Concilii auctoritate jure, primo praedictat, quod de cupiditate processit. Justum est autem, ut clerici pro e. perjuro, qui jurare non possunt, ab Ecclesiis perpetuo excludantur.

NOTA.

1. (Norwicensi.) Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 2. De Ecclesia Norwicensi nonnulla notavi in c. 9. de elict. b. Religiosi viri. ) Qui jus praesentationis habebant in illis Ecclesiis eam facultate exigendi certam pensionem, qui majorem exigere, & imponere volebant, ut frequenter contingere refertur in c. gravis, de censibus. c. Ab Episcopis. ) Ad quos institutio Canonica in beneficiis sine diocesis spectat, c. ex frequentibus, de instit. d. Concilii. ) Relati in c. prohibentibus, de censib. e. Perjurio. ) Quia licet prius juramentum adverteretur Concilio Lateranensi, poterat adimpleri absque periculo salutis aeternae: unde antequam abolveretur, illo obstrictus erat, c. prohibentibus, c. gravis, de censibus: & ideo quia ante abolutionem seipsum clericus constituit in casu pejerandi, duobus contrariis juramentis obstrictus, ideo puniatur ut perjurans privatione beneficii, juxta ea, que infra dicemus.

2. & Apollinem iuratur, hoc Deos perjuri severos esse judicatos. ) Legitur si iure humano perjuri puniri non debet, non recte in praesenti imponitur poena privationis beneficii clerico perjuro. Aegretur hac difficultas ex c. 2. de rescriptis, ubi ut clericus perjurans proprio beneficio privetur, desideratur ut constet ipsum juramentum commississe, & sponte beneficio renunciasse: igitur quia perjurium per se non est sufficiens, ut clericus proprio privetur beneficio.

3. Qua difficultate ita soluta non obstante, vera est praesens decisio, pro cujus ratione agnosceda sciendum est, quod cum in perjurio Deus adducatur in testem, & iudicem falsitatis, l. fin. §. si ador, C. de iurjur. ad prouide Deus ipse principaliter offendantur, l. fin. §. si enim 8. ff. de iurjur. propter eam. c. ult. 22. q. 2. perjurium gravissimum peccatum est, cum sit species impietatis contra virtutem religionis. D. Th. 2. 2. q. 98. art. 2. ejus gravitas vincit idololatram illum, qui fallos per Deos jurat, c. movet te 16. vers. Verumtamen, 23. q. 1. juncta interpretatione perdocti P. Marquez l. 2. de gubernat. cap. 23. §. 2. superius est, aut faltem aequale homicidio, c. illas, ibi: Vincit homicidium. D. Paulus ad Timothei l. primo c. 1. vers. 9. ibi: Sciens quod lex iusto non est posita, sed iniustus, impius, & perjuris. Stephanus Papa in cap. infames, ibi: Homicidas, & perjuros, 6. q. 1. c. constitutum 9. 3. q. 5. c. Rex 49. ibi: Parricidas, & perjuros vivere non sinere, 2. q. 5. quare aequalis poena perjuris, ac homicidae impositur in can. 25. Apostol. relatio in Conc. Tiberi. l. can. 11. verba verba extant apud Gratianum in c. presbyter 12. 81. dist. c. praedictandum 22. q. 1. illis: "Talem perjurio poenitentiam imponi debere, qualem & homicidio sponte commissio: c. cum non ab homine 10. de iudicis. Ex his liquet, quod terra labes fit perjuriam, in cuius detestationem perlegantur differantur P. Damianus l. 8. epist. 10. Philo de dialog. circa praecipium 3. D. Augustinus sermone 28. de verbis Apostoli, PP. Conc. Medians. c. 39. D. Gregorius hom. 32. in Evangel. qui refert zergos, imo & demoniacos, ad Martyrum sanctuarium accedentes curari & liberari: perjuris autem a demonibus vexari: cujus doctrina exempla suggeret Greg. Tur. l. 7. hist. c. 6. §. 1. de gloria Martiri, c. 2. 39. §. 130.

COMMENTARIUM.

1. Ex his duabus decisionibus talis deducitur communiter disputanda assertio: Perjurus privatur beneficio, quod possidet. Probant eam textus in can. 25. Apost. c. presbyter 12. 81. dist. c. si Episcopus 12. 50. dist. c. de receptis, c. ult. de tempor. ordin. c. 2. de fidelibus, c. in nostris, de procu. c. cum non ab homine 10. de iud. c. accedens, de accus. c. falsus 5. vers. nulli, de poenis in 6. Conc. Tol. 10. can. 2. ibi: "Mox propria dignitate privatus, & loco, & honore habeatur exclusus." Toler. 16. can. 9. §. 10. Illustrant ultra congestas a Barbola in praesenti Covarr. in c. alma, 1. part. §. 7. n. 3. de font. excoct. in 6. Suarez de relig. t. 2. de 4. l. 3. c. 20. n. 6. Gutierrez l. 2. canonica, c. 5. n. 95. plures congesti a Barbola in c. illud 6. n. 2. de excess. Pralat. Gibalinus de irregul. p. 5. q. 3. dub. 4. Vela de delictis, c. 28. §. postremo. Tiber. Decianus 11. crimin. l. 6. c. 13. n. 4. Petrus Gregorius in c. 2. de rescriptis, §. l. 30. synag. c. 10. Balboa in did. c. 10. de iudic. n. 12. Germonius l. 1. de sacror. innuunt, c. final. Permonius in did. c. cum non ab homine, quae 28. colendum Praeceptor D. Franc. Ramos in memor. ad Alexand. VII. propos. 4. num. 258. Thom. Delbene de iuram. c. 6. dubi. 13. n. 23.

2. Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita insurgit: Jurjurandi contempta religio non humanis, sed divinis legibus est vindicanda: & Deus tantum, non Princeps saeculi, tanti sceleris ultor est, l. 2. c. de rebus creditis, ubi ait Imperator Alexander, iurjurandi contemptam religionem facis Deum ultorem habere, nec placere periculum corporis, vel majestatis crimen inferri, et si per principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum. Et l. 1. c. ad l. Jul. Maiest. ipse Imperator ait: "Alienam secte meae sollicitudinem conceperit, quasi crimen maiestatis sustineres, si seruo tuo iratus esse non perleveres: quod semper re facturum inconsulte iuraveras." In eundem modum fere differunt in Senatu Tiberius, cum Rubrius argueretur violasse perjurio nonem Augusti. "Jurjurandum perinde estimandum, quasi Jovem sefellisset. Deorum iniurias Dis cura." Tacitus l. 1. annal. & Cicero aiebat l. 2. de legibus: Perjurii poena divina exitum, humana deducit esse. Plato l. 12. de legibus, reatus a Polleto l. 4. hist. fori, c. 14. ibi: "Ut per Jovem,

Conclusio probatur

Impugnatur hinc assertio.

enanti. assert. 25. quae leges partim in genere supponunt perjurum infamia notari, alias dignitate spoliari, alias subitus cadi, superaddito elogio: Perulanteur mjerato. Non adduco extur in l. ult. ff. de crim. stellion. qui committer adduci solet, quia in ejus specie non solum perjurium causa est, cur extra ordinem puniatur qui pejeravit, pignora sua esse asserendo, sed insignior illa verusitas, quae etiam absque perjurio poena stellionatus vindicatur: & Romae primis ejus temporibus Censores notabant perjuros, ut testatur Cicero l. 3. offic. ibi: "Nullum vinculum ad adstringendam fidem iurjurando majores artibus esse voluerunt. Id indicant leges XII. Tabul. indicant sacra, & indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur fides: indicant rationes, antiquae maderfiones Censuram, qui nulla de re diligentius, quam de iurjurando iudicabant. Aulus Gellius l. 7. noctium, c. 18. Pontifex autem non ad ultionem, sed ad criticum cognitionem adhibebatur." Quomodo exponit illud Plauti in Rudens.

1. Lites iurate, tunc vero Pontifex perjurio est. Jacobus Gutherus l. 2. de veteri iure Pontif. c. 3. Postquam Censores esse desierant, eo quod indignum videretur perjurium proflus impune abire, extra ordinem vindicari coepit: aliquando linguae amputatione. Harmenop. l. 1. prompt. tit. 7. de iurjur. vel utriusque manus abscissione. Procop. l. 1. de bello Goth. quam poenam docte illustrat Fornerius l. 3. select. c. 28. non tamen apud ipsos perjurium vindicabatur iudicio publico, ut voluerunt Farinac. in praes. qu. 160. n. 16. Decianus l. 6. tr. crimin. c. 9. n. 15. notat ex eo, quod omne crimen, quo maiestas divina laeditur, publicum sit, leg. Manichaeus 4. de heret. Perjurio offendi divinam Majestatem, jam supra probavi. Imperatores in did. l. Manichaeus, affirmant haesim Manichaeorum publicum crimen esse: quia, inquit, quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam. Non autem generali definitione docuerunt crimina, quibus nomen laeditur, publica esse, sed haesim improbiorem Manichaeorum, & Donatistarum publica accusatione vindicari voluerunt, adfecta praedicta ratione, quae licet ad perjurium quoque pertinere videatur, non tamen ipse constitutio ad perjurium pertinet: quoniam specialis lege opus est, ut aliquod delictum publicum crimen efficiat. Nec rectius existimant ipsi Decianus d. l. 6. c. 11. n. 10. Farinacius did. q. 160. n. 39. in perjurium etiam dari civilem actionem ad persequenda damna, & id quod interest, pejeratum non esse: argumento legis ultime, C. de testibus. Nam hoc in iure statutum non reperitur, excepta ea specie, qua tellis perjurio, testimonique dictione non laedit, d. l. 13. In primis autem falsum existimo, cum adversario deferente iuratum est: inest enim delationi conditio, ut dicitur ad iuratum fuerit, & iuratum fuerit, l. 2. ff. de delo, l. 1. C. de rebus creditis. Ex iuratur. l. 5. §. data, l. 9. ff. de iurjur. Excipitur species dictione legis ultime, C. de rebus creditis, cum legatarius deferente herede pejeraverit, legatum sibi relictum esse; quo facto non nova actio datur ad persequendum damna, & ejus quod interest, sed retractato iurjurando perinde reperitur legatum ac si iuratum non esset.

2. Ut ad nostrum jus Pontificum accedamus, eo iure in poenitentiali foro puniuntur perjurii iurjuratio 40. dierum in poena, & aqua, c. quicumque 6. q. 1. & per undecim annos illi poenitentia injungitur. D. Basilium ad Amphiloeh. c. 63. ibi: "Perjuris undecim annis non erit communionis particeps, & duobus annis deflexis, tribus audiens, quatuor subdantibus, anno solam consistens, tunc communionem dignus habebitur. Et c. praedictandum, 22. q. 2. ibi: Si quis pejeraverit, tunc perjurio timens poenitentiam longam, ad confessionem venire noleat, ab Ecclesia repellendus est, sive a communionem, & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque in domo sua eum recipiat." Vocatur autem longa poenitentia perjurii in d. c. praedictandum, quoniam ex praefata Ecclesiae disciplina nunquam sine poenitentia esse debuit, c. quicumque 18. ibi: Et nequam sit sine poenitentia, 6. q. 1. c. si quis pejeraverit 4. junio c. si quis convicius 7. 22. q. 5. Adde veteri Poenitentiale Romanum c. 3. apud Hugonem Menardum in notis ad Sacram. D. Gregorii Magni, p. 243. §. 251. extat in c. si quis convicius 3. 22. q. 1. c. de irreg. §. poen. Gregorius VII. in Conc. Rom. c. 16. Perjuri excommunicantur, infamia notantur, ut statim dicemus. Clerici vero non excommunicantur, sed depoentur ab ordine suscepcio, can. 25. Apost. c. 12. 81. eisque tantum communio laica permittitur, d. c. 25. junctis traditis a Turrian. pro canonibus Apost. Bino in notis ad eundem Canonem, Morino l. 2. exercit. c. 21. Observatio tamen in hac parte est dignus textus in c. qui peierat, 22. q. 5. in illis verbis: "Qui pejerat, si in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos poenitentat: si vero in cruce non consecrata, unum annum poenitentat." Quae verba Pii Pontificis retulerunt Inno Carnot. part. 12. Decret. c. 62. Gregorius III. in except. c. 7. ibi: "Si quis in manu Episcopi, vel Presbyteri, vel in cruce consecrata pejerat, secundum antiquam consuetudinem tres annos poenitentat. Beata de remedi. poenit. c. 3. Qui sciens virtutem juramenti, vel perjurii, pejerat in manu Episcopi, aut Presbyteri, vel Diaconi, sive in cruce consecrata, unum annum poenitentat: alii tres, vel quatuor iudicant, & in cruce non consecrata, unum annum, vel septem menses, ut alii." Quae verba recte exponit Glossa in d. c. qui peierat, his verbis: "Quia quanto sanctius est, per quod iudicatur, D. Gonzalez, in Decretal. Tom. II.

3. ratur, tanto majus est perjurium. Quam sequuntur Robertus l. 1. ver. iudic. c. 11. Gretherus l. 2. de cruce, c. 17. qui recte ex actis octavae Synodi notat eum, qui ad crucem perjurat saevissimum dici, idest crucis conculcatorem.

4. Regio tamen patrio iure si perjurium in juramento promissorio commissum sit, puniuntur eadem infamia, l. 26. tit. 1. de part. 3. leg. 2. tit. 5. part. 7. & amissione omnium honorum, leg. 1. tit. 6. l. 8. ordin. l. 1. tit. 17. l. 8. recop. si autem perperatam sic circa juramentum assereretur, olim quanta pars dentium telti falsum asserenti solebat adimi, l. fin. tit. 16. p. 3. leg. 3. tit. 12. l. 4. fori iud. Hodie tamen loco hujus poenae ad tritremes damnatur, l. 7. tit. 12. l. 8. recop. aliquando etiam perjuris talionis poenam patitur, leg. 83. Tauri: docent Covarr. in c. quatuor, 1. part. §. 7. Avendanno de excoct. 2. part. c. 27. pluribus relatis Richardus in manudu. ad praesim, verbo perjurium, Vela de delictis, c. 23. Nec solum perjurium a laico commissum puniri potest per iudicem saecularem, verum & per Ecclesiasticum, quia est delictum mixti fori, ut pluribus relatis docet D. Joseph Vela in c. 1. de officio ordin. 2. p. n. 107.

5. His suppositis appareat vera ratio praesentis decisionis: nam cum perjurus iure nostro canonico infamiam incurrat, c. constitutus 9. in fine 3. q. 5. c. infames 17. 6. q. 1. cap. si quis convicius 7. 22. q. 5. Divus Thomas 2. 2. q. 98. art. 3. ad 3. Covarr. in d. c. quatuor, 1. part. §. 7. n. 4. Suarez de relig. t. 2. de 4. l. 3. c. 20. n. 7. Heringius de fidelibus, c. 19. n. 138. Oualdus ad Donel. l. 24. c. 17. littera P. Don Johannes Vela de delictis c. 28. §. Punire: Dominus Ramos ubi supra, propos. sexta n. 152. ab omni dignitate, seu honore arceatur. Concil. Toletan. 16. can. 9. §. 10. ibi: "Tam ipse, quam omnis ejus posteritas, ab omni palatino ordinis, dignitate privatur." Unde arceatur hujusmodi perjuri ab omni Equestri ordine, collegiis, & officiis S. Inquisitionis, leg. 10. tit. 1. l. 1. recop. ubi plura congesti Salcedo ex n. 89. Recte igitur privatur beneficiis Ecclesiasticis. Accedit, nam clerici perjuri depoentur a suo gradu, ex canone 27. Apostolorum, c. presbyter 12. 81. dist. c. si Episcopus, 50. dist. c. ult. de tempor. ordin. c. cum non ab homine, de iudic. juncta novella 26. Leonis Philophi: docent Zoonaras, & Ballamon in did. can. 25. idem Balsam. in notis. tit. de laicis, §. 18. sed beneficium non potest retineri absque officio, c. ex litteris, de excess. Pralat. igitur perjurus a gradu semotus, & privandus est beneficio. Accedit secundo; nam collatio beneficii perjuro facta est ipso iure nulla, faltem ubi notarius est perjurus. Panormitanus in praesenti, Suarez did. c. 20. n. 5. Petrus Gregorius l. 50. synag. c. 11. n. 5. Vela did. c. 18. Azor. 1. part. instit. l. 11. c. 12. q. 10. argumento textus in c. ultimo, hoc tit. l. 6. c. ultimo vers. Respondemus, de temporibus ordin. Igitur etiam beneficium est assequutus, eo privati debet. Sed an ipso iure privatus sit, an vero per sententiam privandus veniat? anceps quaestio est. Sed verius per sententiam privandum esse, docuerunt Covarr. in c. alma mater, 1. part. §. 7. n. 3. Suarez de relig. tom. 2. de 4. l. 4. c. 20. Gutierrez l. 2. canonica, c. 5. n. 95. Gibalinus de irregul. dist. 5. q. 5. dub. 4. Vela d. c. 28. §. postremo, Decianus l. 6. tr. crimin. c. 13. n. 4. Illustr. Ramos dida propos. 3. n. 158. Praesens tamen decisio non procedit in Clerico, qui violavit fidem praestitam, & promissam, ut aliqui ex antiquioribus in praesenti voluerunt; quia ad perjurium committendum, ut juramentum, ut resolvit post alios Vela d. c. 28. n. 56. Nec locum habet praesens decisio eo casu, quo non principaliter, sed incidenter agitur de crimine perjurii, juxta ea, quae adduximus in c. 2. de ordin. cognit. c. 1. de consensu, & notavit Vela ubi proxime, n. 37.

6. Nec obstat difficultas supra expensa, deducta ex auctoritatibus Ciceronis, & Taciti; nam ille referenda sunt ad tempora, cum adhuc extra ordinem perjuri non plectebantur, sed tantum a Consoribus notabantur. Difficilior est Alexandri constitutio relata in d. l. 2. C. de rebus creditis, cum sit Ca. Diutenus l. 2. ultimam, c. 37. Mancinus de respicij. jur. coll. lib. 1. c. 109. Rouffel l. 6. hist. Pontif. jurisd. c. 1. n. 11. discrimen constituit, ut si per Deum quis juret, & pejeret, Deus tantum ultor sit: si vero per Principem, salutem ejus, vel eundem, incidat perjuris in legem Juliam Majestatis. Verum hec distinctio aperte convincitur ex l. si quis convicius 4. c. de transf. duo 13. ff. de iurjur. ubi qui juravit, & perjuravit per Principem damnatur. Tertio ex l. qui per salutem 33. ff. eod. tit. ubi pejerans per Principem, per Deum pejerasse creditur. Igitur nullam versatur differentiam inter pejerantem per Deum, vel per Principem. Aliter accipiunt praedictam legem 2. Borel. in summa decis. c. 1. tit. 62. Fachineus l. 1. controv. c. 24. quos refert, & restitit Richardus in §. item si quis postulare, num. 130. de action. Tandem noviter Anton. Mathaeus de crimin. lib. 47. de perjurio, n. 1. assertit Alexandrum in d. l. 2. non affirmare extra ordinem perjuris non posse accusari, & puniri, sed tantum non posse accusari, & perjurum publicam accusationem, frustra ideo timere poenam legis Juliae Majest. eaque verba, iurjurandi contempta religio facis Deum ultorem habere, referenda esse ad juramenta inconsulta, & poenis cum calore, quam deliberata praestita. Quae licet jus civile non vindicet, Deum tamen O. M. impunita ea non relinquit, cum intersperat omnibus illis, qui nomen

De part. 7. iure.

8. Traditur ratio decidendi.

9. Dissolvitur dubitanda ratio.



nomen eius parum reverenter adparverint. Sequitur Gothofr. in l. fin. C. de heredi. de pascis. Sed licet hæc interpretatio conveniat decisioni textus in d. l. 2. C. ad Jul. Majest. tamen non congruit Alexandri rescripto relato in d. l. C. de rebus cre-

e. 13. Prædicta autem verba, Imperator noster cum patre & re- fert Samuel Pefius ad Antonium Caracallam cum Severo, quorum rescriptum non admittit Alexandrum Mameæ fi- lium, constat in d. l. 2. in illis verbis: "Periculum au- tem corporis, vel Majestatis crimina, secundum consi- lio Divorum Parentum meorum, est per Principis ve- nerationem quodam calore fuerit peccatum, inferri non placet." Ubi Alexander meminit prædicti rescripti Seve- ri, & Antonii: & rectius juxta Alexandrum ea verba, quæ peccatum superdicantur ex dicto rescripto, interpretari oportet: quæ committuntur in iuramento, & verenda esse: cum calore ne iurato. Acque ita per dictam legem, derogatum esse rescripto Severi, & Antonii, nec iuramentum cum calore per peccatum per genium Principis, puniri. Nec obstat argumentum dubitandi rationis deductum ex d. l. 2. de rescriptis, cuius veram interpretationem in ejus no- tis addaxi.

C A P U T XII.

Urbanus III. in registro a Pisano Archiepiscopo.

Um quidam Episcopi Sardi, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut iuramento tes- nebantur adstricti, non solverint; & quidam Episcopus ipsius terre in die Dedicacionis Ecclesie Ordines, cum dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebraverit; quidam etiam juraverint aliquando, quod fratri, vel forori, patri, vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare: a nobis, quid de hujusmodi faciendum sit, tua fraternitas requisivit. Nos itaque denegare nolentes, quod a nobis charitate suggerente postulare videris, d. t. prædictis litteris respondimus quod in Episcopos illos, qui sunt transgressi suum iuramentum, est tanto gra- viter puniendum, quanto majori præminenti dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provo- cari. Episcopus autem, qui die, quo non debuit, celebravit Ordines, canonica disciplina corrigere, & ordinatos a susceptis Ordinibus tandem debes reddere expertes, donec apud nos, vel successores nostros restitutionis gratiam consequantur. Illi vero, qui jurant non loqui patri, vel matri, vel forori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidium exhibere, & absolverint sunt ab illius observancia iuramenti, cum illicitum sit, & omni contrarium rationi: inuncta tamen eis de hoc, quod male juraverint, poenitentia competenti.

N O T Æ.

a Pisano. ) Ita etiam legitur in c. fin. hoc tit. in 1. collect. epigraphen autem & integram hujus textus retuli in c. cum quidam de tempor. ordin. ubi est prior pars hujus Decretalis, & ibi adduxi quæ ad præsentis inscriptionis illustra- tionem spectant.

b Dignitate. ) Consonant textus in c. præcipue, 3. 11. q. 3. c. nulli facti 25. q. 1. ibi: "Majori reatu deliquit, qui po- tior honore fruitur, & graviore facit vitia peccatorum, & sublimitas peccantium." Et c. Episcopus, 24. dist. 2. quia 2. præfator, 5. q. 9. c. 1. de clericis venatore, juxta Glossa ibi, verbo Officio. Concil. Illiberit. can. 20. Agathen. can. 55. Epiani. can. 4. Narbonen. can. 12. c. 23. Conventum Salva- nus de gubernat. d. 4. Ubi dignior est prerogativa, major est culpa. D. Hidonius l. 12. de summo bono, c. 28. Tanto ma- jus peccatum esse cognoscitur, quanto major qui peccat, ha- betur. Theodosius in novel. de sepulchris: Vehementer est coer- cendus, quem peccasse miseris, Scelus, inquit, omnes gravius facit clarundo perlocus. d. Christoph. Mist. 7. Quo plus deo- strina acceptant, eo majus subeant supplicium. Adhuc plura- rum Casu apud Valerium l. 2. c. 4. Magis notandum esse, qui amplissimi honoris majestatem terro facinore inquinavit. Ju- venalis Satyr. 8.

Omne animi vitium tanto conspectus in se- cretum habet, quanto major qui peccat habetur.

Ratio redditur a nostro Urbano III. quia exemplo eorum, qui præstant ceteris dignitate, alii provocantur ad similia fa- cinora perpetranda, l. 2. §. de re milit. l. 29. c. 57. tit. 5. part. 1. D. Chrylost. l. 2. de sacerdot. Qui in digni- tatis fastigio positi sunt, nemini non noti, manifestique sunt: tum vero si vel tantillum peccaverint, parva eorum peccata alius magna videntur. Ægyptus l. 2. c. 5. Sicut ha- ni Principis vita probitatis quædam præscriptio, & univer- sis vivendi forma, ita Imperatoris collatio lex flagitiorum est: Marcus Tullius l. 3. de leg. Periculosus de Republ. me- reri viciosos Principes, qui non solum vitia concepiant ip- si, sed ea infundunt in civitatem, nec etiam solum obliunt, quod ipsi committunt plus exemplo, quam peccato no- cent. c. Prosequatur Tiracell. de penis tempor. caus. 31. n. 28. Simanich. de Republ. l. 9. c. 13. c. 14. Bobadilla l. 1. 1. polit. c. 3. n. 61. Petrus Faber l. 3. semestr. c. 29. Barbosa de posth. Episcop. p. 1. tit. 2. c. 3. & alii ab eo congesti in col- lect. ad textum in d. c. præcipue, Mistrell. l. 6. de Majest. c. 1. n. 6. Robertus l. 1. rer. judic. c. 4. fol. 50. Jal. Ferrerius de remi- lit. c. 38. n. 37. Ant. Sargaeus in Napoli illustr. c. 15. a. n. 11. Sed etiam pluribus in locis utriusque juris sancium legitimus, le- niendam esse in reo poenam propter dignitatem, & natalium splendorem; & illustriorem mitiori poena, quam hominem inferioris sublelli esse afficiendum, c. quia postulari, de offe. deleg. in 6. c. ut. de penis, l. aut facta 16. §. 3. ff. de penis l. 6. in princip. ff. ad l. Jul. pecul. l. 4. §. 5. l. ult. ff. de incendio,

l. 3. §. penult. ff. de crimin. sel. nov. 123. §. Reverendissimi. Unde ex quibus delictis admittis humilioris supplicio ultimo afficiuntur, ex eisdem honestiores in insulam deportantur, l. 1. ff. de obig. l. 3. §. penult. l. penult. ff. ad l. Cornel. de scar. l. 1. §. ult. ff. ad l. Cornel. de falsi, l. qui abortivis 37. §. abortivi, ff. de penis: nam ut ait Plinius l. 8. c. ult. "Videremus, & a medicis, quamquam in adversa valeudine nihil ter- re, vi a liberis differant, mollius tamen liberos clementialque tractari." Observavit Berengerus in Tractum 9. 60. plura de- di in c. penult. de foro compet. c. in can. 2. Con. Illiberit. Sed respondetur, hoc procedere in eodem genere poenarum, in quo mitius cum nobilibus, & in dignitate constitutis, durius cum humilioribus agi debet: exempli gratia, ex quibus can- sis plebeis gula laqueo frangitur, ex eisdem causis nobilis gladio caput refectatur, non tantum mitiori poena placetur, na ut ex quo delicto humilis capitali poena puniatur, ex eodem nobilis ere tantum, vel exilio damnetur: quia repre- henbilis est delictum in eo, qui majori dignitate præful- get. Difficilius est quod docetur c. 2. qui clerici, vel vov. ubi cum agatur de subdiacono, & Diacono in delictum carnis prolapsis, graviori poena puniatur Subdiaconus, quam Diaconus: igitur qui majori fulget dignitate, sui gradu, non fe- verius, sed mitius puniatur. Qui difficultati recte occurrit Ca- jacijs ad eundem textum, dum ait Subdiaconis acriorem pe- nam imponi, quia non ita facile castitatem servabant, ac Diaconi ægre ferentes ad eam observandam cogi, cum prio- ribus Ecclesie fœculis voto castitatis non obstringerentur. Diaconi vero cum a primis fœculis cum observantur, si ex fragilitate loerentur, mitius puniebantur.

c Absolvendi sunt. ) Sed si tale iuramentum est illicitum, & rationi naturali profus contrarium, quia negare comu- nionem proximo, est contra charitatem; patri, est contra paternam reverentiam; & non subvenire egentibus est contra rationem naturalem, ut ab specie probat textus in c. inter ca- tera, 22. q. 4. l. si quis a liberis, §. si pater, ff. de liber. agnos. Igitur iuramentum in presenti, utpote nullum, quia illicitum, non indiget relaxatione. Cui difficultati ut satisfac- ciant Innocentius, Hostiensis, & Abbas in presenti, affirmant in hac specie desiderari absolute non tantum ad cautelam, non quia ex juris rigore necessaria est. Alii vero, ut Cardina- lis, Innocentius, & Felinus relati ab Alciato in c. cum con- tingat, n. 10. hoc tit. docent, absolute non desiderari ad de- clarandam iuramentum nullum fuisse ab initio, non vero ad irritandam illud, ipso jure nullum erat: eo sequitur D. Ba- jo-Arroyo in c. Quinquagesimo, n. 84. de iurament. sed licet hæc solutio committit recepta sit, placet tamen alia Germonii l. 3. de sac. immunit. c. fin. n. 137. qui expensa juris textus integra docet, absolute non in presenti juberi præstiti ab Urbano III. qui illi, qui juraverat illicite, absolute non a tali iuramento efflagitavit: unde ad solutum ipsorum, & quia eam peccabant, ut juber Pontifex eam præstiti, non quia necessaria est, cum iuramentum a principio nullas vires ha- beret, utpote illicitum.

C A P U T XIII.

a Idem.

Sicut ex litteris tue discretionis cognovimus, R. Prior monasterii tui lator præsentium iracundie calore b suc- census, præcipitata mentis instinctu, temerario juramento firmavit, quod in e claustris ejusdem monasterii, si- que de vinculo professionis alinaxit, non esset ulterius cum Guidone monacho moraturus. Querenti ergo tibi, quid fe- re hoc circa eundem monachum sit agendum, respondemus, quod cum Beatus Benedictus in regula sua, quam fe- re et omnes monachi profitentur, jurare omnino prohibeat, non liceat monacho superadicto temerarium iuramentum facere, maxime cum fidem professionis frangeret, & stabilitatis propositum evacuaret. Ideoque circa cum tua sol- licitudo provideat, quod talis ei poenitentia injungatur, per quam omnipotenti Deo de suscepto in vacuum ejus no- mine satisfaciatur, & alius quilibet exemplo ejus pererritus simile aliquid pertimescat: ipse vero in claustris, quod licite abjurare non poterat, cum stabilitate perpetua suam poenitentiam exequatur: ita tamen, ne ex eo, quod ad præsentium nostram accessit, solita singularis beneficii f portione privetur.

N O T Æ.

a Idem. ) Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 3. nullibi tamen exprimitur, cui rescribat in præ- sentis Abbati alicujus monasterii, ubi regula D. Benedicti servabatur.

b Successus. ) Sed sine causa, quo casu ab eo gesta valent, neque poena remittenda est; fecus vero si ex causa excande- scat, & impetum concitaverit, l. persequendum 11. §. delinquitur, ff. de penis, l. 1. §. ult. ff. ad l. Cornel. de falsi, l. si adul- terium 28. §. Imperator, ff. ad l. Jul. de adul. l. 2. §. si comes, ff. ad Sylan. l. 2. c. ad l. Cornel. de falsi, l. 4. leg. scientiam 45. §. qui cum alter, ff. ad l. Aquil. l. 7. §. ult. ff. ad l. Jul. de rejud. l. 7. §. hoc tamen, ff. ad l. Jul. Majest. l. 6. §. qui se vulneravit, ff. de re milit. quæ distinctio sapientium testimonis firmatur; nam ut ait Cicero l. 2. de offic. "Leviora sunt ea, quæ repente aliquo motu accidunt, quam ea, quæ medi- tata, & preparata inferuntur. Et Plato l. 9. de legibus, ait: "Majora supplicia illis decet imponere, qui consilio per- iram interfecerunt: illis contra, qui repente & inconsulto, leviora nempe. Quod graviori malo simile, asperius; quod vero leviori, mitius puniendum." Prosequatur latius Pa- rinacius q. 87. c. 1. Tirac. de penis temp. caus. 1. c. 4. Anton. Mattheus de crimin. ad tit. de penis, fol. 876.

c Claustris. ) Claustrum in presenti non accipitur pro illa monasterii parte quadrangulati, murorum ambitu circumcincta, & columnis plerumque exornata: sed pro ipso mona-

sterio, ut accipitur in c. placet 3. 16. q. 2. apud D. Benzli- dum in sua regula c. 4. ibi: Officia, ubi hæc omnia diligenter obser- vantur, claustra sunt monasterii. Et c. 67. Similiter qui presuntur in claustris monasterii egredi, vel quocumque ire, &c. apud Ber- nardum in serm. S. Nicolai: ibi: Vere claustrum paradisus est. Cassianum collat. 24. c. 4. Agricultura dedit claustris minime cul- tivat. Notantur Benedictus Haaphtenus dist. 1. monast. l. 3. c. 1. dist. 7. c. 11. 3. dist. 1. 1. Gazius ad Cassianum collat. 24. Quatuor de claustris, dist. 1. c. 2. n. 9. c. 10.

d Regula. ) Seu ordine conversationis, c. 5. ibi: Juramen- tum aliud nullis profertur, nisi: Cræde mihi. Ubi notatur Me- nardus, & Haaphtenus, & nos latius infra illustrabimus in c. ubi Christus.

e Omnes monachi. ) Non solum Benedictini, verum plures alii, ut Valli Umbrosæ, Cistercienses, Grandimontenses, Humiliati, & alii, quos refert Benedictus Haaphtenus dist. 1. monast. l. 2. n. 6. dist. 4.

f Poenitentia. ) Quia licet Clerici seculares renunciantes be- neficiis propriis, etiam sine licentia superioris illis priventur, c. et transmissa, c. quod in dubio, de reuon. non tamen ita monachi, seu regulares, quia illi non possunt extra mona- sterium vagari, ut post Abbatem in presenti, ait Urbanus 8.

In his duabus decisionibus, nos agere de iuramentis illicitis rem- improbam continentibus, & ita spectant ad illud juris princi- pium: Juramenta illicita non esse servanda. Quod quia la- tius disputantur, & illustrantur præceptores nostri Doctor Bajo-Arroyo in c. Quinquagesimo, hoc tit. & D. Ant. Garraña in c. 25. hoc tit. ideo in presenti commentario superdedeo.

C A P U T XIV.

Clemens III. a Vo. Regi Sicilie.

Veritatis amica simplicitas nullis verborum fallacis, nullis appetit ambiguitatum involucris obfuscari, &c. Ea propter, charissime in Domine b filii, audito quod in agritudinis tua presencia questio mota fuit, utrum ex tenore nostri c rescripti colligeretur, quod singuli heredes tuorum singulari nostris successoribus fidelitatem præstare debeant, & homini iuramentum: intellecta igitur etiam expositione dilectorum filiorum nostrorum A. tir. Sancti Crucis in Jerusalem, & P. tir. Sancti Laurentii in Damaso Presbyterorum Card. Sed. Ap. Legatorum, qui ad nos fuit sub sigillorum suorum ratificatione transmissa, a sano intellectu eorum nolumus aliquatenus dissentire, sed Se- renitati Regis duximus intimandum; quod cum intento nostra sit nihil intolerabile tibi, tuisque heredibus im- ponere, taliter in hoc articulo tibi duximus respondendum, ut heredes tui, qui nobis, vel alicui successorum nostro- rum juraverint, alii jure d. minimè compellantur. Catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fue- rint, & e homini, & fidelitatis puritate nihilominus, ac si juraissent, omni tempore teneantur absque tergiver- satione aliqua fideliter observare, nisi forte alicui eorum, sicut personæ tue, fuerit hominum de benignitate Sedis Ap. relaxatum, quæ tamen non credat propterea a fidelitatis sue observacione se immunem esse.

N O T Æ.

a Vo. ) Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 3. idest Vivillemo II. cognomento Bono, qui per 36. annos sceptrum Sicilie tenuit, vir probus, & pius, cui- jus vitam refert D. Rochus Pyrrho 1. 1. Sicilie sacra, in Chro- nol. Regem Sicilie, an. 1177.

b Fili. ) Ita alloquitur Pontifex Principes seculares, cap. quam gravi, ubi dicemus, de crimine falsi.

c Nostri rescripti. ) Sicilie recuperata a Saracenis per Nor- mannos concessa fuit a Pontifice in feudum sub titulo Dica- tus, ut refert Baron. an. 1099. n. 8. postea ab Anacleto Pleu- do-Pontifice titulo Regni decorata fuit, ut ipse Cardinalis refert an. 1130. quod Innocentius II. confirmavit in personam Rogerii Regis Sicilie, sub conditione faciendi Romano Pon- tifici homagii legit, & fidelitatis iuramentum, solvendique census annui sexcentorum scilicet annorum. Diploma refert Ba- ron. l. 12. an. 1139. a quo tempore Reges Sicilie feudatarii, & homines illius Ecclesie Romanæ fuerunt, c. venerabili, de elec. Clem. 1. hoc tit. Cum ergo esset Rex Sicilie feudatarius Romano Ecclesie, atque ideo obnoxius præstare iuramentum fidelitatis Romano Pontifici, id quidem iuramentum Clemens III. singulari gratitudine remisit Vivillemo II. ob magna be- neficia ab eo accepta, quæ refert D. Rochus Pyrrho ubi pro- xima; non tamen ideo remisit idem, hominibusque, sed tan- tum omnes præstandi iustitiam, quod successoribus Vivillemi subire debebant, & præstare Clemens successoribus. Unde ora fuit quædam superfluitas adhuc ipso Clemente: an si iuramentum semel successoribus Vivillemi præstitissent Romani Pon- tifici, defuncto eo iterum ejus successoribus cogendi essent il- lud præstare? Et Clemens III. rescribit, iusjurandum semel D. D. Genzal. in Decretal. Tom. II.

prostitum Pontifici, non esse iterum præstandum ejus succes- soribus, sed tantum exhibendam esse ipsis fidelitatem prom- issam cum homagio, & hominio.

d Minimè compellantur. ) Licet iuramento semel præstitum repetendum sit, juxta suggerente causa in specie textus in c. cum in Ecclesijs, de major. c. ubi dicitur, de instrum. cautel. c. si de, §. in his, collat. 6. Trid. sess. 24. de reform. c. 2. c. cum in tua 44. c. præterea, de testib. l. qui bona, §. si quis, §. de damnato infesto; tamen absque causa non est repetendum, nec ab eadem persona exigendum, ut in presenti casu.

e Homini. ) Hominum ita dictum est, quod eius vinculo beneficiarii, idest feudatarii Principis Domini, idest clientes sunt: docent Hostomus, de verbis feud. v. hominum, Cuius, in l. 1. feudor. dicemus latius in c. fin. de heredi. Homini bor- nula nota est per nexarum, & complurium manuum porre- ctionem, & osculum Domini. Hoc ritu Pipino Regi feudi- dem dedit Tassilo Dux Bajuvariorum, in refert Aymonio l. 4. c. 64. his verbis: "Tassilo Dux Bajuvariorum, cum primori- bus gentis suæ venis, & more Francico in manu Regis in vassalicum manibus suis semetipsum commendavit." Sic & Boamundas Aleffio Constantinopolitanus Imperatori per manus fidem exhibuit more Vassallorum, teste Vivillemo Pyro l. 2. de bello sac. c. 15. "Factus est Dominus Vivillemo Impera- toris homo, fidelitate mandavit exhibita, & iuramento præstito corporaliter, quale solent fideles homines servex- hibere." Hoc etiam modo Vassalorum fidem, hominumque præstito Roberto Abbati Uticensi, Oser. Vitalis, 3. dist. 1. "Valdricus, inquit, Roberto Abbati, jurectis manibus fide- litatem fecit, & subjectionem justitiamque de se fuisse ho- minibus promissit." Unde feudatarii recte per manum, & facta.